N. 2547.

CURRENDA XIII.

A. D. 1866.

N. 2776 ex A. 1865.
K. Bonus Pastor adstat morientibus.

(Juxta Past. Claris. Amberger tom. III. elaboratum a quodam Presbytero)

(Continuatio ad Cur. VIII. a. c.

Ad moriturum, — præsertim si adhuc Sacramentis non esset provisus, — festinet sacerdos, licet consanguinei aut alii domestici se non optarent et contrarii essent adventui cujuscumque sacerdotis ob ridiculam causam, ne in discrimine vitæ existens visu ejus terreatur, quia melius conducit, ut revera timore officiatur momentaneo, quam ut anima detrimentum patiatur; — tali casu illorum adversariorum vanum timorem non curet, sed officio suo satisfaciat et omni decentia ac modestia ad ægrotum accedat. — Postquam ægrotus confessus fuerit, tribuat ei cum Sacro Viatico fontem omnis sanctificationis, consolationis et fortitudinis.

SS. Eucharistia deferatur a sacerdote, veste talari et superpelliceo mundo ac stola induto (si solemniter, etiam pluviali sub baldachino seu umbello albi coloris) ante pectus bursam ambabus manibus tenendo, quem in *eundo* ad ægrotum saltem unus æditiuus, superpelliceo puro indutus cum lumine et campanula præcedat. — Secreta delatio SSmi ad infirmum summa solum necessitate in bursa supra pectus veste superiore tecta ab Episcopo vi facultatum quinquenualium concedi potest, ubi periculum indecentiæ ex parte hæreticorum, judæorum, mahometanorum... esset. — Campanula monentur homines ad adorationem SSmi et ad preces pro infirmo. — Ad remotiores provisiones *curru* vehitur, ob decentiam duobus equis, auriga *nudo* sit capite, nonnisi pro hiemali frigore pileolus ecclesiasticæ formæ (piuska) qui inventario ecclesiæ adscribatur, pro auriga nonnumquam conceditur, — sicut etiam sacerdos tunc ex concessione Episcopali tali pileolo, ast totaliter nigro, uti potest, — alioquin aperto sit capite; vel, si concessum, cum bireto. — Ob locorum distantiam et difficultatem itineris ac viarum asperitatem *equitatio* conceditur sacerdoti, qui artem equitandi callet, si equus mansuetus est et comitante uno saltem homine, qui, si fieri potest, accensam laternam deferat. — *Vasculum* pro sacro Viatico sit intus saltem deauratum, obvolutum corporali, et in bursa ceu sacculo decente serico, albo, qui a collo ad pectus pendeat, includatur ita, ut, si forte ipse sacerdos labatur, Sacramentum in terram decidere nullo modo possit. — In viciniam defertur eundo S. Eucharistia solemniter in pyxide. — Necessitate urgente sacerdos festinat, ast currere *non* deceret, *nec* ob debitam reverentiam circumspicere aut colloqui licet, sed cum

gravitate et in *silentio* eat usque vel proficiscatur ad cubiculum ægroti. Eundo potest orare et in curru sedendo, si circumstantiæ aëris concedunt, officium ex Breviario peragere licet.— Præmoneantur parochiani, ut cubiculum ægroti ab omni sorde et inquinamento purgetur amotisq. omnibus rebus profanis e. g. imaginibus lascivis, ubi potest, pio apparatu exornetur. Qui ob egestatem id minus præstare possint, saltem candelam accendant *ante* introitum sacerdotis, ne, dum venit, inutiliter detineatur apparatu faciendo. Domum intrando salutat pacis salutatione, aspergat infirmum et domum aqua benedicta et juxta Rituale procedat. Durante confessione exeant domestici, nec sinat sacerdos, ut fors ad ostium quis confessionem infirmi, qui nonnumquam non tacite loquitur, subaudiat,— ac demum absolutione data ad signum campanulæ redire possunt.—*Linteum* mundum ante pectus communicandi detur et sub præscripta formula, dum infirmus saltem semel, si potest, licet tacite verba: *Dne! non sum dignus*... lingua vernacula loquitur, decenter communicatur. Quodsi prius, si congruum esset, SS. Eucharistia reponatur et fors ante communionem actus fidei, spei, charitatis et contritionis eliciuntur, caveat sacerdos in motibus suis, ne tergum vertat Sacramento.—

Admonitionibus et piis suspiriis præmissis s. *unctio* juxta præscripta Ritualis infirmo præbetur.

Si qualitas morbi communionem non suaderet e. g. quum infirmus convulsionibus oris, vomitu, diarrhæ in summo gradu laboret, tunc pyxide in mensa posita oret sacerdos genuflexus cum præsentibus pro infirmo, soletur illum communione spirituali, qua animi desiderio frui potest et exeundo illum cum SS. Sacramento benedicat.—Non est etiam S. Synaxis tribuenda illis, qui nullam Confessionem morbo præsente peregerunt neque signa doloris ob commissa peccata dederunt, si loqui non valent,—nec agonizantibus, præsentia animi carentibus, aut his, apud quos ob phrenesin amentiamve qualemcumque irreverentia Sacramenti metuenda esset.

Extraordinariis casibus, uti vulnerationibus atrocibus, majore paralysi, letargo, si spes resuscitandarum virium vitalium adest in aquis vel laquæo suffocatis, frigore congelatis aut fulmine tactis illico ex officio medicus ordinarius vocandus est;—exoptabile esset, ut sacerdos symptomata hæc dijudicare sciat, primum auxilium ferat et medico notitiam status dare possit. Absit autem, ut de eventu morbi prophetizet et methodum medici dijudicet.

Attamen proficuum est saltem pro propria notitia rescire signa imminentis mortis, quæ præcipua et universalia sunt tria: 1.) pulsus deficiens, intermittens et formicans. 2.) respiratio anxia. 3.) oculi excavati et vitreati aut apertiores solito vel nimis lucidi vel qui respiciunt objecta diversa, quae aliis non apparent; aut cum palpebra Superior relaxatur et inferiorem prætergreditur. Sunt etiam proxima mortis Signa: nasus acuminatus et in extremitate albescens et si nares adinstar follis sufflant; manus trementes; ungues lividæ, facies flavescens, livida et mutata; flatus male olens et frigidus; corpus immobile; sudor frontis frigidus; calor in cordis parte nimius; frigiditas in extremis omnibus partibus. Signa tamen proximiora expi-

rationis sunt: respiratio intermittens aut languida, defectio pulsus, dentium contractio, stridor; distillatio in gula, lene quoddam suspirium aut gemitus; lachryma per se fluens; oris, oculorum et totius corporis torsio. — Per se intelligitur, quod non apud omnes morbos eadem sunt signa mortis imminentis, quorum nonnumquam unum alterumve symptoma est morbi non lethalis, licet agonia aliquando sine his signis præmissis intrat. —

Contra *infectionem* præmunit temperantia, mundities, animus lætus, — vitetur immediatus tactus corporis ægroti vel ejus corpori adhærentium, si morbus est *contagiosus*, — et digitus in administratione extremæ unctionis s. oleo bene tingatur, nam oleum præservat a contagio, — penes confessionem sedeat sacerdos retro ad caput ægroti, ne halitum ex ore ejus in se trahat. Fortissimum vero medium manet fiducia in Deum, quieta conscientia, defectus timoris infectionis, memoriaque muneris sacri lætificat sacerdotem, in cujus executione ipsa mors est sacrificium; — *mercenarius* nonnisi grassante epidemia *fugit*, *bonus pastor* autem *dat animam pro ovibus suis*. Tali tempore sacerdos ipse per confessionem et pœnitentiam se purificet et temporalia quoque sua negotia ordinet, — populus quoq. ad similia hortetur. Casu *epidemiæ* publicantur etiam ex parte Civitatis cautelæ et præservationes, quæ observandæ veniunt. —

Grassante lue infantes ex aqua ab obstetrice baptizentur et tempore oportuno cæremoniæ suppleantur. — Quodsi plures sint in eodem simul cubiculo ægroti, ut fit in nosocomiis, ita, ut sine infamatione sui nullus possit peccata singillatim confiteri, hoc in casu sufficiet, ut facta exhortatione ad dolorem et confessionem generalem de peccatis suis singuli unum alterumve peccatum confiteantur et ita singillatim absolutionem recipiant. Quando autem periculum sit tantum, ut hæc confessio particularis fieri nequæat, tunc omnes ejusmodi infirmi, in conspectu sacerdotis positi, poterunt sese in genere accusare et signa contritionis v. g. nomen Domini invocando etc. ostendere, sicque etiam una absolutione simul absolventur, prout in bello circa militum absolutionem servatur.

S. Eucharistia omni casu semper est *manu* tradenda, — extraordinariis casibus *pestis* — cum licentia episcopali — licet in cochleari vel vase cum vino non consecrato ad labia ægroti admovere. —

In sthenicis, ardentibus febribus, quæ cito crescunt et delirium causant, sacerdos festinare debet, — vel lucidum expectet intervallum. A vulneratis in duello vel lucta ante omnia exigat sacerdos condonationem injuriæ expertæ et ut exemplari fine scandalo satisfaciant. — *Suicidium* intentantibus, qua desperatis, infinitam Dei misericordiam prædicet et ad contritionem adducere studeat; si autem nullum signum poenitentiæ proferunt, Sacramento et sepultura ecclesiastica privantur.

Ante operationem chirurgicam majorem infirmi sacramentis provideantur; parturientes fœminæ citissime provideantur et sub una in fronte unctione ungantur, ne obstetricibus vel medicis aditus præcludatur. Optandum, ut prægnantes, quum partum expectant, sacramentorum poenitentiæ et altaris participes fiant, — item, ut liberi ægroti, si etiam inca-

paces essent confessionis, nihilominus a sacerdote visitentur, qui eos soletur, cum iis convenienter oret eosq. benedicat; — ad liberos autem, sacramentorum capaces, ex officio ire tenetur. *Quamdiu* qualiscumq. in *agonia* est, non discedat sacerdos, commendans animam ejus Deo usque ad expirium; si vero necessitas illum alibi vocat, curet, ut ab alio homine orationes et pii affectus clare morienti suggerantur. Non sinat confluxum multorum ad ægrotum, qui aërem nonnisi corrumpunt et ultima ejus momenta inamœna reddunt, non concedat, ut saepe manus pedesve ægroti palpentur experientiæ causa, utrum frigescant nec citra voluntatem suam in lecto vertatur aut supra stramen planum sine pulvinari sub capite deferatur.

In momento expirii omnes adstantes cum sacerdote genua flectant et ardenter orent pro anima ejus. Ad sacerdotem autem non pertinet, ut primus insinuet secutam mortem, nec claudat mortuo oculos aut os, nec faciem velo tegat, — talia accidentalia relinquat domesticis. In Rituali reperiuntur convenientes post expirium orationes, quæ ipsæ adstantibus insinuent, ægrotum jam mortuum esse simulque clamorem inutilem temperent, — in fine aspergat corpus aqua benedicta, soletur brevi consanguineos et amicos revertaturque in pace.

Multis esset offendiculus sacerdos, si revertendo a provisione infirmi aut a commendatione animæ morituri vel jam mortui statim publicum diversorium potus vel ludi gratia visitaret.

Seqq. **L. De sepultura ecclesiastica.**

II. Series collectionum piarum.

Continuatio Currendæ III. ex anno 1866.

N. 1843 a parochiano quodam in Tuchow 1 fl. pro Summo Pontifice. — N. 872 e Decanatu *Radomyślensi* pro Africa et America per 4 fl. 10 xr. pro Jerosolyma et Infantia Jesu per 4 fl. 15 xr. summatim 16 fl. 50 xr. A. V. — N. 876 e Decanatu *Bobovœnsi* pro S. Bonifacio 3 fl. 40 xr. A. V. — N. 913 e Decanatu *Brestensi* pro S. Bonifacio 3 fl. 17 xr. A. V. — N. 1569 e Decanatu Neoforiensi et quidem a par. in Maniowy A. R. Jacobo *Przybyło* pro SS. Sepulchro D. N. Jesu Christi 8 fl. A. V. — N. 1683 e Decanatu *Oświęcimensi* pro variis Missionibus 126 fl. 10 xr. A. V. et quidem ex *Oświęcim* 10 fl., e *Kenty* 12 fl. 40 xr., e *Nidek* 17 fl., e *Witkowice* 3 fl., e *Bulowice* 6 fl. insuper 2 fl. pro Infantia Jesu, ex *Osiek* 8 fl. 30 xr., e *Bielany* 10 fl., e *Poręba wielka* 6 fl. 68 xr., e *Włosienica* 9 fl. 50 xr., e *Piotrowice* 9 fl. 27 xr., e *Grojec* 3 fl., e *Głębowice* 14 fl. 78 xr., e *Gierałtowice* 6 fl., e *Zator* 3 fl. 17 xr., a Religiose Patre Reformato in *Kenty* Capistrano *Zajączkowski* pro Infantia Jesu 5 fl. — N. 1788 e *Podgórze* pro Missionibus 2 fl. e *Gdów* pro Missionibus 5 fl. 20 xr. A. V.—N. 1654 et 1830 e Decanatu *Bialœnsi* pro Missionibus 87 fl. 35 xr. et quidem e *Bestwina* pro Infantia Jesu 60 xr., pro America 3 fl. 81 xr., pro Africa 3 fl. 82 xr. A. V. e *Biała* pro Infantia Jesu 21 fl. 72 xr. A. V. e *Dankowice* pro SS. Sepulchro 3 fl. pro America et Africa per 1 fl. ex *Hałcnów* pro SS. Sepulchro, Infantia Jesu,

America, Africa et Oriente per 1 fl. e *Jawiszowice* pro SS. Sepulchro 3 fl. 40 xr. e *Komorowice* pro Missionibus generatim 5 fl. e *Lipnik* pro SS. Sepulchro, S. Bonifacio et Africa per 2 fl. pro Infantia Jesu 1 fl. 50 xr., pro Oriente 1 fl. e *Pisarzowice* pro SS. Sepulchro 10 fl. pro S. Bonifacio et Infantia Jesu per 3 fl. e *Willamowice* pro Infantia Jesu 8 fl. pro SS. Sepulchro 2 fl., pro S. Bonifacio, America, Africa et Oriente per 1 fl. — N. 1841 e Decanatu *Tarnoviensi* pro Missionibus 48 fl. 45 xr. et quidem e *Brzozowa* 1 fl. 50 xr., e *Gromnik* 1 fl., e *Jodłówka* 2 fl., e *Jurków* 2 fl., e *Piotrkowice* 2 fl. 10 xr., e *Pleśna* 1 fl., e *Poremba* 10 fl. 70 xr., e *Ryglice* 10 fl. 40 xr., e *Siemichow* 1 fl., e *Tuchow:* Parochia 6 fl. 75 xr. *Commendaria* 6 fl., e *Wierzchosławice* 2 fl., e *Zbyłtowska góra* 2 fl. — N. 2026 e *Jurków* pro Missionibus 2 fl. — N. 2131 e Decanatu *Wielicensi* pro Missionibus 11 fl. 88 xr. et quidem e *Łazany* 1 fl., e *Biskupice* 30 xr., e *Bodzanow* 42½ xr., e *Podstolice* 12½ xr., e *Świątniki* 40 xr, e *Wróblowice* 30 xr., e *Kosocice* 42½ xr., e *Bieżanów* 47½ xr., e *Niepołomice* 3 fl., e *Zabierzów* 3 fl. 43 xr., e *Brzezie* 2 fl. — N. 2163 e Decanatu *Brestensi* pro America 3 fl. 2 xr. et quidem a V. Parocho in *Porąbka* 50 xr. a V. Parochis in *Brzésko* et *Jasień* per 40 xr. a V. Parocho in *Uszew* 30 xr. a VV. Parochis in *Poręba*, *Vet. Wiśnicz*, *Rajbrot*, *Lipnica*, *Wojakowa* et *Iwkowa* per 20 xr. a V. Parocho in *Chronów* 12 xr. a V. Parocho in *Gosprzydowa* 10 xr. — N. 2175 pro Africa e *Frydrychowice* 2 fl. 30 xr. e *Klecza* 4 fl. 50 xr. — N. 2188 pro Lampade ad SS. Sepulchrum Jerosolymmitarum e *Jakóbkowice* 2 fl. e *Kamionka* 2 fl. ½ xr. e *Męcina* 1 fl. 46 xr. e *Mystków* 1 fl. e *Tęgoborza* 60 xr. ex *Ujanowice* 2 fl. e *Wielogłowy* 1 fl. 46½ xr. e *Zbyszyce* 80 xr. — N. 2195 e Decanatu *Dobczycensi* pro America, Africa et Terra Sancta 48 fl. 60 xr. A. V. et quidem e *Dobczyce* 1 fl. 20 xr. e *Droginia* 1 fl. 70 xr. e *Dziekanowice* 3 fl. e *Łapanów* 17 fl. 40 xr. e *Raciechowice* 5 fl. e *Siepraw* 12 fl. 80 xr. e *Tarnawa* 2 fl. 50 xr. e *Zakliczyn* ad Siepraw 5 fl. — N. 2239 e *Trzęsówka* pro Terra Sancta 20 fl. — N. 2259 e Decanatu *Żywiecensi* pro variis Missionibus 159 fl. 48 xr. et quidem e *Cięcina* pro Africa, America et Jerosolyma per 2 fl. pro Infantia Jesu et S. Bonifacio per 1 fl. e *Jeleśnia* pro Africa, America, Jerosolyma, Infantia Jesu et S. Bonifacio per 2 fl. 5 xr. e *Koszarawa* pro Jerosolyma 2 fl. pro Infantia Jesu et Mechitaristis per 1 fl. pro S. Bonifacio 62 xr. e *Lipowa* pro Jerosolyma, Infantia Jesu et Bulgaris per 4 fl. pro Africa 3 fl. pro S. Severino 2 fl. 60 xr. pro America 2 fl. e *Łodygowice* pro Africa, America et Jerosolyma per 4 fl. pro Infantia Jesu, Turcia, S. Bonifacio, S. Severino et Bulgaris per 1 fl. a Cooperatore R. *Gayda* pro Jerosolyma 1 fl. e *Milówka* pro Jerosolyma 2 fl. 80 xr. e *Rajcza* pro Africa, America et Jerosolyma per 2 fl. e *Rychwałd* pro Africa, America et Jerosolyma per 2 fl. pro Infantia Jesu, Turcia, S. Bonifacio, S. Severino, Bulgaris et Mechitaristis per 1 fl. e *Ślemień* pro Turcia 8 fl. 34 xr. pro Africa, America, Jerosolyma et S. Bonifacio per 5 fl. pro Infantia Jesu 2 fl. e *Szczyrk* pro Africa, Jerosolyma et Mechitaristis per 2 fl pro America et Infantia Jesu per

1 fl. e *Wilkowice* pro Jerosolyma 5 fl. pro Africa, America et Turcia per 2 fl. 50 xr. e *Żywiec* pro Africa, America et Jerosolyma per 2 fl. — N. 2294 e Decanatu *Łącensi* pro Terra Sancta 5 fl. 85 xr. A. V.

Omnibus et singulis benefactoribus gratiæ aguntur, benedictio divina imploratur — et ulteriores collectiones expectantur.

MUTATIONES inter VEN. CLERUM MENSIBUS MAJO ET JUNIO 1866, nec non APPLICATIO neo-ordinatorum Presbyterorum et subsequuta exhinc 7. Julii 1866 TRANSLOCATIO aliorum Cooperatorum.

(Continuatio Currendæ IV. et VIII. ex anno 1866.)

14. Maji 1866. N. 1800. R. Ludovicus **Rudnicki** anteactus Coop. in Wieprz applicatus qua Coop. in Osielec.
15. dtto N. 1819. R. Jos. **Michalik** Adm. in Szczyrk factus Coop. in Mielec.
dtto R. Michaël **Muszyński** Coop. Mielec translatus ad Ropczyce.
19. dtto N. 1886. R. Franc. **Dolinay** Coop. in Spytkowice ad Zator factus Admin. in Polanka post mortem Parochi Joan. Antosiewicz.
14. Juni 1866. N. 2144. R. Jac. **Kowalkowski** Coop. in Muszyna nominatus Capellanus Monialium Vetero-Sandeciæ.
16. dtto N. 2213. R. Anton. **Turner** Coop. in Radgoszcz nominatus ibi Admin. post mortem parochi Venceslai Prochazka.
25. dtto N. 2339. R. Paulus **Kucharski** Coop. in Andrychow nominatus Admin. in Inwałd post mortem parochi Ludovici Lewartowski.
30. dtto N. 2378. R. Jos. **Francak** Coop. in Szczucin instit. pro Spytkowice ad Jordanow.
dtto R. Joan. **Biernat** Admin. in Spytkowice ad Jordanow factus Coop. in Pobiedr.

APPLICATIO neo ordinatorum Presbyterorum sub 7. Julii 1866 N. 2473.

R. Sebastianus **Balcarczyk**	factus Coop. in	Bolesław.
R. Alexander **Bogusz**	dtto	Vetero-Sandecia.
R. Joannes **Krzysiak**	dtto	Łęki.
R. Andreas **Nowotarski**	dtto	Myślenice.
R. Josephus **Oświecimski**	dtto	Bochnia.
R. Henricus **Rampelt**	dtto	Wielopole.
R. Bartholomæus **Unger**	dtto	Muszyna.
R. Antonius **Wieroński**	dtto	Maków.
R. Andreas **Woyżeszek**	dtto	Uście solne.
R. Ignatius **Woynarski**	dtto	Neo-Sandecia.

Sub eodem 7. Julii 1866 N. 2473 aliæ mutationes Coop. effectuatæ.

R. Thomas **Kossek** Coop. in Bolesław translatus ad Szczucin.
R. Thomas **Lubaś** Coop. in Vet. Sandecia translatus ad Jakóbkowice.
R. Mathæus **Grzonka** Coop. in Wielopole translatus ad Barcice.
R. Joannes **Szczurowski** Coop. in Makow translatus ad Uszew.
R. Antonius **Piątkowski** Coop. in Makow translatus ad Andrychow.
R. Ignatius **Bucki** Coop. in Uście solne translatus ad Wieprz.
R. Ignatius **Ziołowski** Coop. in Neo-Sandecia translatus ad Łososina.
R. Adalbertus **Kwaśniak** Coop. in Barcice translatus ad Maków.
R. Valentinus **Wolski** Coop. in Ślemień translatus ad Milówka.

L. 1365.

Wykaz

rzeczy do Kościołów parafialnych Dekanatu Dobczyckiego częścią przez WX. Proboszczów, częścią przez ich pobożnych Parafian sprawionych, dotychczas nie wykazanych; oraz różnych przy tychże Kościołach i budynkach plebańskich podjętych reparacyi, sporządzony w czasie Wizyty Dekanalnéj w miesiącach, Lipcu, Grudniu 1865 i Styczniu 1866 odbytéj.

VII. Siepraw. *Ciąg dalszy do Kur. XII. r. b.*

C) *Kosztem Parafian* ze składek zalecanych i dokonywanych przez Ks. Woyciecha *Kopińskiego*: Wielki Ołtarz nowy, ambona, odmalowanie tychże i odzłocenie jako i chrzcielnicy wyłącznie kosztem gminy Siepraw w ilości 1600 złr. — Taż sama gmina ze składek sprawiła nowe stopnie przed wielki Ołtarz za 41 złr. 10 kr. — Sukienkę Matki Boskiéj za 170 złr. — Nową figurę Zmartwychwstania Pańskiego za 12 złr. — Nowy bęben za 20 złr. którą kwotę odebrawszy gmina Siepraw za polowanie do Kościoła ofiarowała. — Pająk o sześciu ramionach sprawił Piotr *Chorobik* gospodarz za 40 złr. — Tenże sam gospodarz piękny obrus za 13 złr. — Albę płócienną ofiarowała Regina *Prociak* za 5 złr. — Trzy obrusy nowe ze składki za 14 złr. — Kapa białego koloru ze składek 68 złr. — Ornat zielonego koloru ze składek 14 złr. — Ornat czerwonego koloru kupił Jan *Suder* gospodarz z Sieprawia za 19 złr. — Dwie chorągwie ze składek gminy Siepraw za 35 złr. — Naprawiono organ ze składek parafian za 50 złr. — 4 nowe komeszki z sukienkami sprawili parafianie za 12 złr. 4 kr. — Przelano dzwon ważący 775 ℔. samego kruszczu z dodaniem kilkudziesięciu ℔. za 250 złr. — Nowy dzwon 15. cetnarowy sprawiony w roku 1862. Parafianie złożyli składkę 1700 złr. — W latach 1861 i 1862 wystawiono nową wierzę ze składek parafian, tą składką zajął się Ks. Woyciech *Kopiński* 5700 złr. — Zgodzono i sprowadzono nową posadzkę do kościoła, która po wymalowaniu kościoła układać się będzie, kosztem 450 złr. — Wystawiono Ołtarz poboczny S.

Anny ze składek parafian za 130 złr. — Dano nową podsibitkę i drugą powałę w kościele za 450 złr. — Obraz Przemienienia Pańskiego do wielkiego Ołtarza sprawiła gmina Siepraw za 57 złr. — Feretron z figurą N. M. P. sprawiły 4 dziewczyny za 25 złr ą. w.— Naprawiono i odnowiono Kaplicę S. Marcina na miejscu pierwotnego kościoła parafialnego za 240 złr. — Antepedium przed wielki Ołtarz sprawiła gmina Siepraw ze składek 20 złr. — Na inne pomniejsze sprzęty i ozdoby zebrano od parafian 45 złr. — Jędrzéj *Dudek* kmieć z Łyczanki postawił tamże figurę kamienną za 75 złr. — Woyciech *Kowalczyk* postawił także taką figurę za 75 złr. — Na przyozdobienie Kościoła oddała Agnieszka *Matogowa* na ręce Ks. Woyciecha Kopińskiego korale w wartości 50 złr. — Pani Konstancya *Przybylska* ofiarowała Kościołowi dwa Obrazy, Pana Jezusa Miłosiernego i Matki Najświętszéj; — razem: od parafian 11380 złr. 14 kr. a. w.

D) Kosztem Księdza Woyciecha *Kopińskiego*: poprawiono wikaryjówkę, dano nową podłogę, nowe ściany, podłogę w sieni, ganek, okienice i dwa piece za 80 złr. — Na wystawienie wierzy dodał 20 złr. — Na dzwon nowy ofiarował wygrany zakład od pewnego obywatela 100 złr — Na Ołtarz poboczny S. Anny 20 złr. — Na dwie nowe mensy pod Ołtarz S. Anny i S. Antoniego 24 złr. — Do feretronu dodał 5 złr. — Dwa stopnie nowe dorobione do katafalku a dwa odnowione za 8 złr. — 3 komże nowe za 21 złr. — Pomnik wystawiony dla ś. p. Ks. Jana Harbuta za 60 zhr. — Dwa konfessyonały odnowione i odmalowane za 25 złr. — Nowy mszał rekwialny za 4 złr. — Dwie płócienne alby i komże do chorych za 9 złr. a. w. — Od roku 1852 aż do czasu teraźniejszego wydano na przyozdobienie Domu Bożego 14941 złr. 38 kr. a. w. — Oprócz tego gmina *Krzyszkowice* wraz z dziedzicem WP. Włodzimiérzem z Lubrańca *Dąbskim* wystawiła nową Kaplicę za 800 złr. do tejże zrobiono 3 Ołtarze, które z lichtarzami kosztowały 500 złr. Sprawiono organ za 220 złr. — Dano posadzkę za 50 złr. — Sprawiono ornat biały za 22 złr. — Puszkę za 26 złr. — Dwie chorągiewki za 6 złr. — 10 obrusów i jednę albę za 40 złr. — Dzwonek jeden za 60 złr. — Drugi dzwonek za 11 złr. — ś. p. Ks. Jan *Harbut* darował do téj Kaplicy ornat czarnego koloru w wartości 12 złr. — razem: 1747 złr. a. w.

(Ciąg dalszy nastąpi.)

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 19. Julii 1866.

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

JOANNES FIGWER, Cancellarius.

Tarnoviæ & Premisliæ. Typis Anastasii Rusinowski, 1866.
Impensis Illustrissimi ac Reverendissimi Consistorii.